



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Conciliis Generalibvs Approbatis Ac Reprobatis Breve
Compendivm.**

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 3. Piratae, atque eorum receptatores, & fautores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

interdicimus. Prius refertur ad personas: posterius ad universitates, Collegia, & Capitula; quae non possunt excommunicari, ut habetur in cap. Romana, de sent. excom. in 6.

§. 3.

Piratæ, atque eorum receptatores, & fautores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos discurrentes mare nostrum præcipue à Monte Argentario usq; ad Terracinam: ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

Pratam faciunt tria. Primum quando indifferenter, omnes spoliat, nec restrinquit ad unam aliquam nationem. Secundum, Intentio principalis hoc scelus exercendi. Aliqui

qui verò dicunt, hoc non esse
necessarium. Tertium, quod
indictum non sit bellum con-
tra eos, quos spoliare intendit.

Non omnes piratae hinc cō-
prehenduntur, sed discurren-
tes mare Romani Pont. Nec
afficiuntur hac censura qui in
terrīs deprædantur: etiam si
postea in mari se abscondant
in nauibus suis. Nec afficiun-
tur nostri, deprædantes Infí-
deles.

Receptratores, fautores, &
Defensores. Hanc non inclu-
duntur nostri remigare coacti
in triremibus infidelium spo-
liando Christianos. V. gol. Nec
consulentes, cum ipsi non sint
propriè fautores.

§. 4.

Naufragorum Christiano-
rum cuiuscunque generis
bona, etiam in littoribus in-
uenta surripientes.

R 2 Item